



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi  
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis  
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio  
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,  
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem  
præceptorum secundæ tabulæ

**Tamburini, Tommaso**

**Monachii, Anno M.DC.LIX.**

Ignorantia in fornificatione, num. 10.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39995**

q̄ id in cōscientia; nam in foro ex-  
tero, si forte ad illud deducantur  
eiusmodi impudici tactus, cum sint  
vehementes conjecturæ de copula,  
facile feminam à legato & repellent.

x. SAGR. t. 1. CLA. l. 8. c. 2. num. 8. l.  
SANE. ib. n. 39. a CASTR. t. 5. dis. 4. p.  
13. §. 7. n. 20.

*Copulam non perficiens.*

8. Dubitamus tertio, an fornicans  
incipita copula possit, & obligetur il-  
lam incāptam non perficere, quamvis  
ad sit periculum effusionis seminis ex-  
tra vas? sed de hac re dicam,

u. INFR. c. 3. §. 5. n. 16.

*Copula cum sponsa alterius.*

9. Dubitamus quartò, an copula  
cum sponsa alterius de futuro, sit forni-  
catio, an adulterium? Respondeo,  
esse fornicationem, x quia per spon-  
salia nondum sponsus jus in sponsa  
corpus consecutus est. contra, quia  
hoc consequitur ad matrimonium, five consummatum, five etiam  
tantummodo ratum, ideo tunc adul-  
terium erit.

*Ignorantia in fornicatione.*

10. Dari posse ignorantiam invin-  
cibilem circa præceptum non forni-  
candi, saltem apud Barbaros, & in-  
cultos, probabile γ est, quia non ad-  
modum manifestè illud deducitur ex  
principijs luminis naturalis.  
lege citatos.

x. 1. AYOR. p. 2. li. 3. c. 9. r. 1. Fag.  
l. c. in dec. c. 1. n. 14.

## CAPUT SECUNDVM.

## §. I.

*De sacrilegio.*

1. IN methodo sic & habes. Pergid-  
mus ad sacrilegium, quod du-  
plex in hac materia est. Alterum  
quod contrahitur ex persona sacra, al-  
terum ex loco sacro.

a. in Meth. exp. conf. li. 2. c. 7. §. 5.

*Sacrilegium ex persona sacra.*

Quoad primum, quod est, quando  
aliquis, qui Deo per votum castitatis  
se consecravit, adhuc turpia quæcum-  
que, v. g. mollitiem, fornicationem  
&c. non veretur admittere, certum  
est, ut ex Methodo cap. 1. §. 8. præser-  
tim nn. 52. constat, non oportere ex-  
plicare, an semel, an plures castita-  
tem voverit, quia id non addit diffe-  
rentiam specialem.

3. Quæstio igitur supereft, an qui  
violat votum solemne castitatis, id  
explicare teneatur, an sit satis, sic fate-  
ri: violavi votum castitatis; quod est  
querere, an votum simplex, & sole-  
me, (quod quidem solemne habet  
tum profisi, tum Sacerdotes) diffe-  
rentia specie?

4. Dico, esse probabilissimum, &  
tutumque in praxi, non differre spe-  
cie, atque adeo solemnitatem illam  
voti non esse necessariο declarandum.

T 3

RATIO

